



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Sacerdotale Ad consuetudinem S. Romanæ Ecclesiæ
aliarumque ecclesiarum ex Apostolic[a]e bibliothec[a]e ac
Sanctorum Patrum iurium sanctionibus, &
ecclesiasticorum doctorum scriptis ...**

Venetiis, 1579

Quibus partibus corporis dari de[be]at hoc sacramentum. c. 7

urn:nbn:de:hbz:466:1-40307

tur, nisi obex ponatur: et ex sequenti gloria. ¶ Sextus est interior letitia: et robur contra demonis insidias, que potissime tunc insunt. ¶ Septimus arcuatio diabolicę potestatis, que non est ita potens sumpto sacramento. ¶ Octauus est protestatio de cedentis, que permanserit in fide militantis ecclesię, ex qua vadit ad ecclesię triumphantes: tanquam miles, qui fideliter pugnavit.

¶ Quibus dari debeat hoc sacramentum. Cap. 6.

Hoc sacramentum dari debet solis infirmis adultis et penitentibus, qui sunt infirmi in periculo mortis: et illis, qui instantiter petunt illud et petierunt, licet tunc nihil intelligant propter mortis anxietates, vel phrenesim, vel aliud accidens: pueris autem, ac euntibus ad pugnam, aut alio modo in periculo casuali mortis positus, ac et ad mortem damnatis non datur.

¶ Quibus corporis partibus debeat dari hoc sacramentum. Cap. 7.

Quandam est autem hoc sacramentum in illis corporis partibus, et locis, per que morbus in animam intravit. Et quia quinque sensus sunt illi, per quos potissimum homo peccat: ideo in illis locis dandum est. ¶ **Ex concilio florentino predicto.** Hoc sacramentum infirmo, de cuius morte timetur, dari debet. Qui unctionis est in oculis pro visu: in auribus pro auditu: in naribus pro odoratu: in ore pro gustu, vel locutionem: in manibus pro tactu: in pedibus pro gressu: in renibus pro delectationem ipsidem vigentem. Hęc tibi mulieribus non unctionis renes propter honestatem. Et si quis non haberet oculos, vel nasum, vel alia membra, inungantur loca magis propinqua dictis sensibus, vel locis, qui inungi deberent. Inunguntur et renes: quia in eis incentiuum libidinis consistit. Ideo saluator noster Luc. 12. dicit: Sint lumbi vestri circumcincti, etc. Non debent autem scapule inungi, quia unctionis fuerunt in baptismo. Nec manus presbyteri unctionis sunt interius, sed exterius: quia prius ab episcopo interius inunctę fuerunt in ordinatione sacerdotum. Et si talis infirmus laborat in extremis cito inungat, ne inunctus decedat. di. s. ca. bap.

¶ An hoc sacramentum possit reiterari. Cap. 8.

Potest autem reiterari hoc sacramentum toties, quoties infirmus morti appropinquare videt. Sed in eadem infirmitate, si fuerit longa, et tunc de periculo mortis, poterit reiterari sepe.